

Sigismundus primus rex Poloniae

Magnifico et generoso Stanislao de Kosielec  
 palatino Posnaniensi, ac Marienburgensi,  
 Stumensi et Bidgostiensi capitaneo. Joani  
 ni Kosielecki Lanciensi, ac Tucholiensi et  
 Naklensi capitaneo, et Grothoski Coualiensi  
 castellanis sincere et fidelibus dilectis gra-  
 tiam nostram regiam. Magnifice et genero-  
 si sincere et fideles dilecti. Habentes ratio-  
 nem seruitiorum et fidei generosi Mathiae  
 Thuczenski, donauimus et contulimus iam  
 pridem illi et eius legitimis successoribus  
 seu heredibus bona terrestria nobilium Jaco-  
 bi et Vincentij fratrum germanorum de  
 Fridland in districtu Walensi, ac Georgij We-  
 delshii quartam partem oppidi Thuczno et  
 aliorum bonorum ad illam spectantium. Jo-  
 annis Gasparis et Davidis fratrum dicto-  
 rum Marcinkowsky in eodem districtu Wal-  
 ensi. Anglici de Pepelow, Bernardi Bourn-  
 gard et aliorum fratrum suorum, et Junthe-  
 ni Korth Golzen fratrum in districtu Dra-  
 himensi, et alias ubilibet consistentia heredi-  
 taria et obligatoria, propterea quod ipsi  
 nec per se, neque per alias personas satis-  
 fecerint bellicae expeditioni, contra ordinem  
 Theutonicorum in Prussia, ac gentem Germa-  
 nicam eidem ordini in auxilium contra nos  
 et regnum nostrum venientem, decreta, imo

se nonnulli eorum, eisdem gentibus Germani-  
is associantes, ductoresque illarum existen-  
tes, se nobis una cum ipsis opposuerunt. Pro-  
inde nos volentes, ut huiusmodi donatio  
nostra eidem Mathie Thurensi facta,  
suum debitum consequatur effectum, vos  
bis committendum duximus, et commit-  
timus per presentes, ut cum pro parte  
dicti Mathie vigore presentium fueritis  
requisiti, simul ad locum et terminum  
competentem convenientes, vocatisque ad  
se partibus quarum interest, auditisque  
earum propositionibus et responsis, ac suf-  
ficien-  
tibus testimoniis et probatione de pre-  
missis recepta, visoque privilegio nostro  
super ipsa donatione predictorum bonorum  
dicto Mathie facta, si compereritis predi-  
ctos nobiles, bellicam expeditionem prefatam  
de dictis bonis suis non prestitisse, seu  
non obisse, privilegium hoc et donationem  
nostram in suo debito vigore conservantes,  
bona eadem prænominato Mathie, et eorum  
possessionem assignari auctoritate nostra  
regia mandetis, et vos ipsi quantum of-  
ficium vestrum commissarium feret, as-  
signetis et adiudicetis, et alia que in pre-  
missis fuerint necessaria et consue-  
ta, ac iuri communi consona, decernatis et faci-  
atis pro officio vestro et gratia nostra,  
unius vestrum absentia non obstante.

Datum

Datum Cracovia Sabbato proximo ante  
Dominicam Letare, anno Domini mil-  
lesimo quingentesimo trigesimo secundo.  
Regni vero nostri anno vigesimo sexto.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a formal document or charter.]*

